

*standam exigat*, his enim non cogitur, sed quid in controversis fidei articulis profiteatur, candide & ingenue testari jubetur. A quo procedendi modo, & necessaria Ecclesiae prospiciendi cura, quantum distent violenta Pontificiorum consilia, facile cognosci potest. Excogitatis in Concilio Tridentino dogmatibus credendum est *ex mera coeca* in Pontificem *obedientia*, omnesque ejus Constitutiones, quas omisso Ecclesiae consensu, ab omnibus simpliciter admitti & probari jubet, minime totius Ecclesiae securitatem, sed solam ejus dominationem absolutam respiciunt.

§. IX. Nunc quoque ad *tertium* erit progrediendum, in quo nec pauciora Papatus arcana contineri Novatores omnino disputant. Locus est *de Ecclesia*, ejusque imprimis regimine externo, disciplina, ordine & aliis necessariis requisitis, quorsum etiam potestatem clavis ligantis & solventis referre volumus. In his omnibus latere perhibentur *hypoteses enormiter papizantes Theologorum Saxoniorum, praecipue Wittebergensium*, quae ipsissima verba sunt CHRISTIANI THOMASII in *dissert. de Jure Principis Evang. circa Solennia sepulturae* p. 17. In *Cautelis circa Jurisprud. Eccles.* p. 275. autem scribit: *Es sey zu bewundern, warum bey denen Protestanten nach der Reformation die Vor-Vrtheile von der zweisefachen Gewalt in einer Republicque, nehmlich der geist- und weltlichen, von dem Unterscheid der Gewalt bey innerlichen und äußerlichen Kirchen-Sachen, nicht abgelegt worden, sondern noch heut zu Tage herrschen, und warum nach der Reformation die wenige unter denen Gelehrten, welche sich noch bemühet die Falschheit dieser Vorurtheile zu zeigen, auch augenscheinlich gewiesen haben, für Ketzer und für solche Leute, die Unruhe in der Republicque anrichten, gescholten worden, die Fürsten selbst aber sich ihrer nicht angenommen, sondern sie im Stiche gelassen. Allein es geböret solches noch mit zu denen Brocken des Pabstthums, und zu der thörichsten Meinung, als wenn das Interesse derer Kirchen-*

Kirchen-